

S E C T I O X C V.

An, & quatenus, Christus totus olim fuerit in potestate Patris.

P Ag. 393. lin. 4. & 5. de Christo loquens, ait: Præsertim quum esset totus in potestate Patris.

N O T A P I S C A T O R I S.

Si totus: ergo etiam secundum 1. naturam divinam. Si hoc, non ergo Patri 2. æqualis. Absurdum ultimum. Ergo & primum.

R E S P O N S I O V O R S T I I.

1. Utrumque hoc connexum tuum (1) fallit. Primum idcirco, quia (2) totum Christum, cum toto Christi, hoc est, totam Mediatoris personam, cum naturis seorsim acceptis, confundis. Totus enim Christus hîc (3) limitativè consideratur, (4) quâ Christus est, hoc est, Θεός υἱος πατρὸς, seu filius Dei in carne nostra patefactus. Qui certè totus à Patre (5) pendet, quippe (6) totus ab illo missus, ac nobis donatus &c. Sed tu nihil discriminis statuis inter totum Christum, & totum Christi: ac proinde phrasas concretas in abstractas subinde (7) convertis. Qua de re supra satis egimus.

Et homo? Hoc autem rursus quid aliud est, quàm, secundum naturam tam divinam quàm humanam? 5) Potest quidem dici, Christum à Patre pendere etiam secundum divinam naturam, quatenus ex eo genitus est: sed hinc non sequitur, secundum divinam naturam esse in Patris potestate: quia potestas superioritatem ac dominium notat, quæ hic locum non habet. 6) Sed non quâ totus: verum quâ homo, non autem quâ Deus. Probo utrumq;. Prius sic: Quæ ratione Christus in mundum venit, eadem ratione in mundum à Patre missus est. Venit autem quâ homo, nam quâ Deus, jam antea in mundo erat, Johan. 1. v. 10. Ergo missus est quâ homo. Posterius sic: Is qui mittitur, minor est mittente, Johan. 13. v. 16. Atqui Christus, quâ Deus, non est minor mittente: nempe Patre: sed ei æqualis. Ergo Christus, quâ Deus, non est missus. Idem dicendum de donatione. quod sic probo: Cujus naturæ respectu Pater Christum pro nobis tradidit, ejusdem naturæ respectu illum nobis donavit, Rom. 8. 32. Atqui respectu naturæ humanæ illum pro nobis tradidit: nempe in mortem. Ergo ejusdem naturæ respectu illum nobis donavit. Interim is qui donatus est, Deus fuit & in æternum manet. 7) Nego. Nec tu probas.

2. Alterum propterea, quia naturam Christi divinam, absolutè sumtam, & modum ejus personalem, seu relativum, ac præsertim officium ejus voluntarium, tacitè inter se (8) confundis: dum ex illius æqualitate, hujus utriusq; inæqualitatem negandam esse (9) innuis, seu potiùs tacitè (10) præsupponis. At nihil vetat, Christum respectu naturæ divinæ, simpliciter & per se consideratæ, Patri suo esse æqualem: Johan. 5. Philip. 2. & tamen quoad ordinem subsistendi, seu quoad processionem personalem, (sed maximè quoad œconomicam officii mediatorii susceptionem) Deo Patri (11) subjectum, Johan. 14. & 1. Corinth. 15. &c. seu mavis

N O T A E P I S C A T O R I S.

1) Et quomodo?

2) Distinctionem istam ineptam esse, alibi demonstravi.

3) Ergo idem valet, ac si dicas: Christus in potestate Patris est totus: id est, quatenus totus. Quod quid aliud est, quàm, secundum utramq; naturam?

4) Hoc autem, quid aliud est, quàm, Quâ est & deus

5) Potest

8. 9. 10) Omnia ista falsè mihi tribuis: nec ullam probationem criminationum istarum affers.

11) Nequaquam. nam æqualitas naturæ divinæ subjectionem omnem respicit.